

### Quæst. III. Art. VIII.

citer, intelligitur ea perfectio, quæ vel illimitata, atque adeo infinita sit, vel illimitatam & limitam sub se comprehendit, qualia sunt, ens, substantia, sapientia, &c.

Scotus f-

Partem affirmantem amplectitur Scotus in 1, distin. i. quælit. i. ad 1. quam suadere possumus. Primum ad gumatum. Primo quia quod nullam dicit, aut haber adiunctam imperfectionem, perfectio est simpliciter: at simplicitas neque dicit neque adiunctam habet imperfectionem: alias Deo non conueniret: ergo est perfectio simpliciter.

Secundum,

Secundo, attributa diuina perfectiones sunt simpliciter: simplicitas vero de numero attributorum diuinarum est.

Tertium.

Tertio, quod res aliqua simplicior est, ed est perfectior: quod non aliudne prouenit, nisi quia simplicitas perfectio est.

Simplicitas formaliter per se dicit per se f-

Partem negatam sequitur Caietanus de Ente & essentia capit. 2. commento 2. eandem aperte inquit D. Thomas in 4. d. 1. q. 1. ar. 1. quæficiuntur la. 1. ad primum, eaquo nobis est amplectenda. Probatur primo. Quoniam, ut ex dictis patet, simplicitas negationem compositionis dicit, unde si simplex id dicitur, quod compositionem non habet: sed negatio nullam dicit perfectionem, ut Scotus loco citato confitetur: ergo simplicitas non est perfectio, atque adeo neque est perfectio simpliciter.

Relations diuinae formaliter sunt, & per se dicitur, & per se dicitur, non dicunt perfectio-

Secondo, & est argumentum ad hominem, relationes diuinae sunt res reales simplices omnino, ut ex dicto constat: at, ut Scotus cum multis alijs affirmit, formaliter sumptuosa, atque ut virtute distinguuntur ab essentia, nullam dicunt perfectionem: aliquoquin aliqua perfectio est in una diuina persona, qua non effet in alijs: ergo simplicitas non est perfectio: non solùm quo ad negationem, sed neque quo ad rationem formaliter realiter cui conuenit, si præcisè illam consideres ab omni alio cum quo realiter & formaliter sit idem. Quod idem dixerim, quoniam omnino ratio formalis realis, faltem per identitatem cum alia perfectione, in qua quasi fundetur & radicetur, debet habere rationem perfectionis, quandoquidem ens omne reale perfectio aliqua est: si sit simplex omnino, necessario erit infinita perfectio: cum actus purus omnem rationem potentie passus excludens, ens quoddam infinitum esse debeat.

Tertio, non tempore quod entitas realis est simplicior, ed est perfectior: animalia namque magis composta sunt, quam corpora simplicia, magis perfecta: substantia item corporeis magis composta sunt, quam eorum accidentia: vnumquodque totum, quam ipsius partes, cum tam perfectione excellant. Quare perfectio in rebus aliunde, quæcumq; simpliciter, profici si solet, nempe ex latitudine bonitatis entitatis atque excellentiarum seu valoris entitatis unius supra entitatem alterius, quam vnaqueque res sua natura haberet.

Ad primū.

Ad primū argumentum pro contraria sententia dicendum est, maiorem esse veram, quando illud tale perfectio est (in definitione namque perfectionis simpliciter loci generis adhibenda est perfectio) secus autem res se habet, quando non est perfectio. Quando enim aliquid perfectio non est, eto neque dicat, neque adiungam habeat imperfectionem, non sequitur esse perfectionem simpliciter: quod non solùm in multis negationibus, quæ Deo conueniunt, con-

### Quæst. IIII. Art. I.

A stat, sed etiam relationibus diuinis, iuxta sententiam eorum, qui dicunt, eas formaliter sumptas nullam dicere perfectionem.

Ad secun-

dum.

Ad secundum negandum est, simplicitatem inter attributa diuina esse computandas: attributum namque quid realiter dicit de formalis: quare simplex esse omnino, & similitudinalia predicata, quæ negationem significant: possunt quidem computari inter predicata, quæ Deo conueniunt: non vero inter attributa realia.

Ad tertium neganda est maior, ut ex dictis patet. Estd autem maior vniuersum est vera, id tam non ex perfectione simplicitatis, sed ex illo alio capite explicato proueniret.

### ARTICVLVS VIII.

*Viximus Deus in compositionem aliorum venias.*

**B** Lato, ipsiusque sequaces dixerunt, *Deum esse animam mundi, & porissimum primi cali, a quo dicebant carera corpora simplicia esse facta.* Lege Augustini 16. de ciuitate Dei cap. 16. 17. 18. In eodem errore fusse Romanos refert idem Augustinus 4. de ciuitate Dei capit. 1. & 12. Eusebius lib. 14. de preparatione Evangelica cap. 6. Eudem errore tribuit Democrito.

Deum ani-  
mam esse mu-  
di afferme-  
runt Plato,  
Democri-  
tus, & Ro-  
mani.

Almaricus dicit: *Deum esse essentiam omnium rerum, omnia, esse unum, ut refert Turrecremata libro quartu sive Summa capite 35. Atque hoc est dogma illius, quod ad finem cap. Damnamus. de summa Trinitate & fide Catholica his verbis condemnatur. Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impii Almarici: cuius mentem sic pater mendacij excusat, ut eius doctrina non tam heretica, quam insana sit censenda.*

Tertius error cuiusdam Davidis de dinuando, qui dixit Deum, esse materiam pri-

marum. Aduersus hos errores ostendit Diuus Thomas, Deum in nullius rei compositionem venire posse, ad finem articulo precedente à nobis explicatum. Rationes lege apud Diuum Thomam.

### Q V AE S T I O III.

De perfectione Dei.

### ARTICVLVS I.

*Viximus Deus sit perfectus.*

### D I S P U T A T I O I.

**C** Onclusio est, Deus non solùm est perfectus, sed etiā perfectissimus. Est de fide, sive intelligatur de perfectione naturali sive de morali, ut confitatur ex illo Exodi 33. *Ego ostendam tibi omni bonum: omne autem bonum perfectissimum bonum est.* Et Matthæ 5. *Este perfecti, & sancti & Pater vester calisti perfectus es.*

Pro intelligéntia rationis, qua D. Thomas conclusionem propostam demonstrat, nonnulla prenotanda sunt. Primum est, perfectum à D. Thoma

Deus nō so-  
lu est perfe-  
ctus, sed ex-  
tra perfe-  
ctissimus.

Perfectū &  
perfectio,  
qd. varijs  
hoc